



Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransenis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

17. Singula singulis personis conferantur beneficia ecclesiastica, obtinenti tamen insufficiens conferri potest aliud simplex, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat. Obtinentes plures ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

actionum, quas Sede vacante fecerint, & eos punire, etiam si à Capitulo fuerint absoluti, ita refert decifum Garc. par. 5. cap. 7. num. 23.

35. Vicarium Capituli Sede vacante teneri finito officio stare syndicatui asserunt Marc. Anton. Genuens. in pract. Archiep. Neapol. 58. in fine, Prosper de Augustino in addit. ad Quarant. dict. verb. Capitulum Sede vacante num. 14. Aloyf. Ricc. in d. praxi rerum fori Eccles. decif. 481. in 1. edit. alias resol. 504. in 2. edit. Raguc. de voce Canonico in Capitulo quæst. 40. num. 13. Ego ipse d. alleg. 54. nu. 181. Marcel. Vulpe d. cap. 44. num. 19. in princ.
36. Episcopum per se rationem administrationis officij

gesti à Vicario Capituli Sede vacante constituto exigere, atque in aliquo delicto compertum punire posse, resoluunt Vgolin. de officio Episcopi cap. 2. §. 2. n. 2. Aloyf. Ricc. in decif. Curia Archiep. Neapolit. p. 4. decif. 291. refert decifum Armendar. in addit. ad recopilat. legum Navarra lib. 1. tit. 18. l. 7. de Episcopis, num. 99. citatus per me d. allegat. 54. num. 183.

Capitulum facta electione officialium non posse eos ad libitum reuocare, & novos constituere, nisi vel œconomos, vel illos officiales, quos etiam viuente Episcopo posset ipsum deputare, refert decifum Garc. d. p. 5. cap. 7. num. 23.

Singula singulis personis conferantur beneficia ecclesiastica, obtinenti tamen insufficienti conferri potest aliud simplex, dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat. Obtinentes plures parochias dimittant vtram voluerint, & alteram teneant.

CAPVT XVII.

- 1 Doctores de beneficiarum incompatibilitate, & pluralitate agentes.
- 2 Cardinales comprehenduntur hoc decreto.
- 3 Beneficia plura simul obtineri non posse, sine dispensatione Episcopi.
- 4 Episcopus habenti vnum beneficium simplex quod non sufficiat ad eius sustentationem, potest aliud simile conferre absque Apost. dispensatione.
- 5 Ordinarius potest conferre secundum beneficium obtinenti primum sufficiens iuxta suum verum valorem, sed insufficienti ob id quod pensione est grauatum.
- 6 Beneficium vnum sufficiens habens non potest retinere duo.
- 7 Consuetudo non excusat à peccato mort. retinentem plura simplicia beneficia, quorum vnum est sufficiens.
- 8 Habet locum hoc decretum in beneficijs iurispatronatus, nisi caueatur in fundatione, vt simul cum alijs retineri possint.
- 9 Beneficiu vnum sufficiens habenti si aliud sufficiens ab Episcopo fuerit collatum, habita pacifica possessione secundi vacat primum.
- 10 Ordinarius si conferat tertiu beneficiu habenti duo simplicia insufficientia, collatio tertij est nulla.
- 11 Episcopus habenti congruam non potest aliud beneficium dare.
- 12 Beneficia duo simplicia retinens, & fructus amborum percipiens quorum quodlibet de per se erat sufficiens, ambo ipso iure vacant.
- 13 Beneficia duo vniuersa sub eodem tecto absque prouisione Sedis Apost. obtineri non possunt.
- 14 Episcopus ex causa potest dispensare, vt quis obtinere valeat duo beneficia difformia sub eodem tecto.
- 15 Capella plures in eodem Altari quando possint consideri ab vno.
- 16 Capellanas tres sub eodem tecto vniuersas si quis per annum ex collatione Episcopi retinuerit incidit in priuationem omnium ipso iure.
- 17 Beneficium ecclesiasticum sufficiens quod dicatur.
- 18 Beneficia duo retineri possunt dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat.
- 19 Canonicatus duo in vim decretorum Concil. Trid. sunt incompatibiles.
- 20 Canonicatus primus ipso iure vacat per adeptam pacificam possessionem secundi.
- 21 Canonicatus duos retinere pergens vtroque est ipso iure priuatus.
- 22 Consuetudini permittenti quod in eadem Ecclesia dignitates cum prebendis canonicalibus teneantur, non est derogatum per Concilium.
- 23 Canonicatum penitentialem obtinens non potest in vim consuetudinis dignitatem habere.
- 24 Consuetudo tenendi beneficium curatum, vel simplex simul cum Capellania in eadem Ecclesia, non est sublata per hoc decretum.
- 25 Capellania, & Mansionaria, quorum fructus sunt tenues, sunt incompatibilia beneficia.
- 26 Capellania, cui adiunctum est onus deseruendi in choro, obtineri non potest cum Canonicatu.
- 27 Statutum Ecclesie Casalen.
- 28 Dignitates, quæ nullos, vel tenues habent fructus, possunt cum Canonicatu retineri.
- 29 Prouisus de Canonicatu in vna Ecclesia, & de Decanatu in alia cum dispensatione, & c. sufficit vt in digniore resideat.
- 30 Dispensatus ad beneficia dummodo plura simul non sint, non potest obtinere plura, quam vnum.
- 31 Parochialem Ecclesiam habenti potest Ordinarius alteram Parochialem conferre, sed post adeptam possessionem pacificam secunde vacat prima.
- 32 Parochiales duas habens, quaru altera est beneficium simplici in perpetuum vnita, alteram dimittere non tenetur.
- 33 Parochiales due vel plures inuicem vnite possunt legitime retineri.
- 34 Parochialem vniam habens cum fructibus, & alteram cum nudo titulo, vniam ex ijs, quam velit, tenetur resignare.
- 35 Monasterium commendatum cum cura non est incompatible cum Parochiali.
- 36 Parochialem habens vna cum monasterio in commendam ad vitam, cui cura imminet animarum, alteram dimittere non tenetur.

- 37 Parochialem habens ob incompatibilitatem dimit- tendam quomodo providendum habenti ad eam regressum.
- 38 Penas condignas subire debet non dimittere unam ex duabus Ecclesijs Curatis intra tempus à Concil. assignatum.
- 39 Parochialis & Canonicatus cadunt sub incompatibilitate etiam stante parva distantia, & tenuitate fructuum.
- 40 Præbendam & Parochialem ante Conc. legitime obtinens, potest post Conc. utrumque legitime obtinere.
- 41 Papa attendit personarum & locorum qualitate dispensat ut omni Parochialis & Canonicatus conferatur.
- 42 Parochialem in ciuitate, & Canonicatum in Cathedrali obtinens, si potest utriusque iusserire, non est molestandus.
- 43 Parochialem vacantem non debet Episcopus Canonicatum habenti conferre, etiamsi tenuis admodum præbende essent.
- 44 Parochiales Ecclesie sunt incompatibiles cum beneficijs, in quibus assignate sunt distributiones.
- 45 Capellania, quæ habet onus celebrandi certas Missas, & coadiuandi in cura animarum, est beneficium incompatibile cum alio beneficio Curato.
- 46 Parochialem obtinens una cum Canonicatu ex dispensatione Apost. ante Conc. obtenta, potuit post Conc. absque alia dispensatione optare aliam præbendam pinguiorem.
- 47 Terrule beneficiates non sunt incompatibiles.
- 48 Beneficia duo incompatibilia à Papa obtinens, illaque in litteris exprimens, cum quo non fuit dispensatum, obtineri possunt.
- 49 Beneficia, seu legata pia, quæ non habent Altare, seu Capellam, non inducunt incompatibilitatem.
- 50 Ecclesia Baptismalis, licet non sit in reliquis Curata, est incompatibilis.
- 51 Dispensatio præsumpta, in qua fundatur reg. de oriennali, non habet locum contra decreta Conc.
- 52 Concordat decretum in præsentem cum alio cap. 4. sess. 7. de reform.
- 53 Beneficium incompatible obtinens, & recipiens secundum simile, ipso iure vacat primum.
- 54 Beneficia plura obtinens ex dispensatione Pape sine causa rationabili, an sit tutus in foro conscientie.

a Sess. 7. Nic. cap. 15. & 16. Antioch. c. 3. & Arelat. 1. c. 2. & 22. & Mileni. c. 15. e. quis in tatum ad her. & c. cum non ignores de præb. cum alleg. supra sess. 7. de reform. cap. 1. c. referente, & cap. multa de præb. 2. 1. c. per totam, cap. quia non nulli. de elec. non resid. b Sup. sess. 7. de reform. cap. 4. c. Cap. exetabil 15. qui vero in ex. tra. 1. 1. 2. com. lit. de præb. 1. 1. d.

Cum Ecclesiasticus ordo peruertatur, quando vnus plurium officia occupat Clericorum, sancte factis Canonibus cautum fuit, neminem oportere in duabus Ecclesijs conscribi. Verum quoniam multi improbe cupiditatis affectu se ipsos, non Deum, decipientes, ea, quæ bene constituta sunt, varijs artibus eludere, & plura simul beneficia obtinere non erubescunt: sancta Synodus debitam regendis Ecclesijs disciplinam restituere cupiens, præsentem decreto, quod in quibuscumque personis, quocumque titulo, a etiamsi Cardinalatus honore fulgeant, mandat obseruari, statuit vt in posterum β vnum tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur, quod quidem si ad vitam eius, cui confertur, honeste sustentandam non sufficiat, γ liceat nihilominus aliud simplex & sufficiens, e dummodo utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri. Hæcque ζ non modò ad Cathedralis Ecclesias, sed etiam ad alia omnia beneficia, tam secularia, quam regularia quæcumque, etiam commendata, pertinent, cuiuscumque tituli, ac qualitatis existant. η Illi verò, qui in præsentem plures parochiales Ecclesias, aut vnã cathedralem, & aliam parochialem obtinent θ , & cogantur omnino, quibuscumque dispensationibus, ac vnionibus ad vitam non obstantibus vnã tantum parochiali, ι vel sola cathedrali retenta, alias parochiales κ infra spatium sex mensium dimittere: alioquin, tam parochiales, quam beneficia omnia, quæ obtinent λ , ipso iure vacare censeantur: ac tanquam vacantia liberè alijs idoneis conferantur: μ nec ipsi antea illa obtinentes, tuta conscientia, fructus post dictum tempus retineant. Optat autem sancta Synodus, vt resignantium necessitatibus commoda aliqua ratione, prout summo Pontifici videbitur, provideatur.

De beneficiorum incompatibilitate & pluralitate agunt ex professo Dionys. Carthus. & Hieron. Curicel. in suis tract. de pluralit. benefic. Hoied. de incompatib. benefic. Rebuff. in praxi benefic. p. 1. tit. de dispensat. ad plura beneficia. Paul. Fusc. de visitat. lib. 2. cap. 7. nu. 8. Bernard. & Salzed. in pract. cap. 49. in nouis impress. Sbroz. de offic. vicarij lib. 1. quæst. 45. Cened. ad Decretal. collect. 150. Duen. regul. 171. Selu. de benefic. part. 3. quæst. 39. à princ. Menoch. de arbit. casu 259. Ludou. Beia respons. casuum conscient. part. 1. casu 59. Spin. in speculo testament. gloss. 3. princ. ex num. 71. Aluar. Pelag. de planctu Eccles. lib. 2. c. 27. Albert. Troc. de vero, & perfectio clerico lib. 2. cap. 45. Cosm. in pragm. sanct. tit. de collat. §. cui rei. in gloss. pluralitatis, Paul. Comit. respons. moral. lib. 1. quæst. 73. Franc. Leon. in thesauro fori eccles. part. 2. cap. 3. à n. 10. Sot. de iustit. lib. 2. quæst. 6. art. 3. Mich. Salon. 2. 2. q. 63. art. 2. controu. 5. Vasq. in opuse. de benefic. c. 4. §. 2. dub. 5. num. 159. cum seqq. Molles. in sum. Theolog. moral. tract. 6. c. 9. Monet. de opt. canon. c. 6. q. 6. à n. 67. Valer. Reginald. in praxi fori punit. lib. 30. tract. 3. c. 19. n. 260. cum seq. Garc. de benefic. p. 11. c. 5. n. 260. cum seq. Armend. in addit. ad recap. legum Nauarra lib. 4. tit. 7. de benefic. incompatibil. Vgolin. de officio Episcopi cap. 14. §. 2. Masfobr. in sua praxi habendi concursum, requir. 7. dub. 16. cum duobus seqq. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. part. 4. decis. 226. numer. 16. & decis. 236. nouissime Stephan. VVeyms ad constitutiones 24. ex antiquo iure desumptas, &

per Concil. Trid. in nouat. constit. 12. pag. 109. cum seq. & præcipue à n. 7. Marcel. Vulpes in praxi iudic. fori Eccles. c. 48. n. 57. cum seqq. Sanch. in consil. moral. lib. 1. lib. 2. cap. 2. dub. 5. cum seqq. metipsum de officio, & potest. Episcopi p. 3. allegat. 62. Multa exempla aliorum qui fuerunt æternaliter condemnati propter beneficiorum pluralitatem, referuntur in prato spirituali, lib. 5. in florib. de apibus c. 6. 7. & 8. & apud Villadiég. p. 5. ubi de fructibus Sanctorum, tit. de auaritia dist. 6. §. el autor del libro de apibus.

a Etiam si Cardinalatus honore fulgeant. Vide Flamin. Paris. de resignat. benefic. lib. 5. q. 6. num. 116. Vgolin. de officio Episcop. c. 14. §. 2. num. 1. in fine. Azor. in iustit. moral. p. 2. lib. 4. c. 3. q. 4. & lib. 6. cap. 12. quæst. 5. Aloyf. Ricc. in decis. Curia Archiep. Neapol. decis. 236. num. 2. part. 4.

b Vnum tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur. Plura beneficia simul obtineri non possunt, licet sint simplicia sine dispensatione Pape, quod ex verbis Concilij sic moderandum, si vel personalem requirant residentiam, vel sint sufficientia. Ita dictum refert Stephan. VVeyms d. constit. 12. num. 2. pag. 110. in fine.

c Licet nihilominus aliud simplex, &c. Episcopus habenti vnum simplex beneficium quod non sufficiat ad eius sustentationem, posse aliud simile conferre absque dispensatione Apostolice non posse plura simplicia vltra duo vsque ad sufficientem eius sustentationem conferre

ferre citra dispensationem Apostol. referunt decimum, Garc. part. 11. cap. 5. num. 210. in 1. & 2. declar. Armendar. in addit. ad recop. legum Navarra lib. 4. tit. 7. de benefic. incompat. num. 32. cum duobus seqq. Masfobr. in praxi habendi concursus requis. 7. dub. 16. secundum Roman. impressi. Marcel. Vulpe d. cap. 48. num. 58. prope fin.

5. Ordinarium posse conferre secundum beneficium obtinenti primum sufficiens iuxta suam verum valorē, & honestam ipsius possidentis sustentationem, si tempore, quo secundum confertur, non sufficiat propter onus pensionis super tali beneficio impositum, dummodo proutius post collationem sibi factam non conferent pensioni referunt decimum Garc. d. cap. 5. num. 310. dub. 4. Armendar. d. tit. 7. de benefic. incompat. num. 37. in 4. resp. Ego ipse d. alleg. 62. num. 7. resoluunt Azor. instit. moral. p. 2. lib. 8. cap. 10. quest. 8. & cap. 12. q. 6. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. §. 5. à num. 14. Masfobr. in sua praxi habendi concursus requis. 7. dub. 17.

6. Habens unum beneficium sufficiens non potest retinere duo, & habens duo per se separatim insufficientia, sed simul iuncta sufficientia, non potest retinere tertium, ut resoluunt Hoied. de incompat. benef. par. 11. cap. 19. num. 1. cum seqq. Flamin. Paris. ad resignat. benefic. lib. 3. q. 1. num. 138. Garc. d. cap. 5. num. 268.

7. Consuetudo non excusat à peccato mort. retinentem plura simplicia beneficia, quorum unum est sufficientia, ita Flamin. Paris. d. tract. de resignat. benefic. lib. 5. quest. 6. num. 119. & alij citati per me d. alleg. 62. num. 8. ubi num. 10. in fine, aduerto quod hodie de consuetudine non datur dispensatio ad plura beneficia simplicia, & 1. Prelati inferiores summo Pont. videntur quod conferre possint, & de facto conferunt, nulla habita ratione an sint pingua, vel tenuia, que secundum ea que habentur in hoc decreto, non sunt laudabilia, refert me non citato Aloyf. Ricc. d. decif. 236. num. 5. part. 4.

8. Dispositionem Concilij in presenti prohibentis Episcopo conferre vni ultra duo beneficia, locum habere in beneficijs iurispatronatus, nisi caueatur in fundatione, ut simul cum alijs retinere possint, resoluunt Garc. d. tit. part. 11. cap. 5. num. 286. Aldan. in compendio canor. resolut. lib. 3. tit. 10. num. 8. attestans in Bougen. 13. Nouembri 1607. fuisse decimum beneficium tertium simplex etiam de iurispatronatus non posse retineri cum duobus alijs prius obtentis absque Sedis Apost. dispensatione, huiusmodi que priora beneficia post pacificam possessionem tertij vacare eidem Sedi Apost.

Contra Lambert. de iurispatron. p. 1. lib. 2. q. 7. art. 15. num. 15. Masfobr. in praxi habendi concursus requis. 7. dub. 18. existimantes dispositionem Concil. in presenti locum non habere in beneficijs iurispatronatus, ac prouide vniuersalem obseruantiam & praxim esse ut Episcopi instituant presentatos à patronis, tamen tertium, & quartum habeant beneficium, & Lambert. attestatur se fuisse institutum in triginta septem beneficijs, quorum maxima pars erat patronatum laicorum, & clericorum, & omnium fructus non ascendebant ad summam ducatorum 130. de camera.

9. Habent unum beneficium sufficiens, si aliud sufficiens ab Episcopo fuerit collatum, habita pacifica possessione secundi, vacare primū, asserunt decimum Garc. d. cap. 5. num. 283. in 2. declar. Armendar. d. tit. 7. de benefic. incompat. num. 8. & 9. quos refero d. p. 3. alleg. 62. num. 3.

10. Ordinarius si conferat tertium beneficium habenti duo simplicia beneficia alijs ad sustentationem insufficientia, collationem tertij esse validam, sed si tertium sit sufficiens, vacare illa duo priora beneficia, sin minus, teneri proutius dimittere alterum ex illis, & si continuauerit possessionem amoborum, recipiendo ex illis fructus, vtrumque beneficium vacare, referunt decimum Garc. de benefic. p. 11. cap. 5. num. 310. in 1. & 2. declar. Armendar. d. tit. 7. de benefic. incompat. num. 37. in resp. ad dub. 1. & 2. Vgolin. d. cap. 14. §. 2. num. 2. vers. tertio.

11. Episcopum habenti congruam non posse aliud beneficium dare, & si dederit, vacare primum illud, quod habebat, dummodo beneficium tertium sit, quāuis difforme à secundo recepto, & si ambo retinere tentauerat Barbof. Collect. in Concil. Trident.

accepta pacifica possessione secundi, vacare vtrumque, referunt decimum Garc. d. part. 11. cap. 5. num. 30. Armendar. d. tit. 7. de benefic. incompat. num. 31.

12. Obtinens beneficium ecclesiasticum sufficiens ad honeste sustentandum si institutus fuit ab Episcopo ad aliud beneficium primum per affectionem secundi, procul dubio ipso iure vacat; secundum vero ita demum vacat, si vtrumque retinere sciens presumpserit, Sel. in select. canon. cap. 21. num. 10. vbi asserit resolutum in Salamantina 31. Maij 1607. Ex retentione enim vtriusque beneficij, & perceptione fructuum amoborum per duos annos absque dispensatione Apost. vtrumque ipso iure vacasse, refert decimum idem Sel. citato loco, & vidi satis disputari hunc articulum, & sic conclusum in sacra Congr. Conc. de hoc anno 1632.

Beneficia duo vniformia sub eodem recto absque prouisione Sedis Apost. obtinere non posse clericum, nisi id dicitur statutum, vel Ecclesie consuetudo, vel Episcopus cum eo expressè dispensauerit, cum vtrumque conferendo nō intelligatur tacite dispensasse, tenet Sel. d. e. 21. n. 11. attestans sic fuisse decimum sub die 1. Nouemb. 1607.

13. Episcopum ex causa posse dispensare, ut quis obtinere valeat duo beneficia difformia sub eodem recto, dummodo quodlibet per se non sit sufficiens ad sustentationem proutius, referunt decimum Garc. p. 11. cap. 5. num. 377. Armendar. d. tit. 7. de benefic. incompat. num. 7. Franc. Leo in thesauro fore eccles. part. 2. cap. 8. num. 55. Mosel. in sum. Theolog. moral. tract. 6. cap. 9. num. 46. Azor. instit. moral. part. 2. lib. 3. cap. 50. q. 6. & lib. 6. cap. 11. q. 2. & 4. & cap. 13. q. 6. Stephan. VVeyms d. constit. 12. nu. 15. in fine, vbi quod non potest Episcopus dispensare ut obtineantur duo beneficia conformia. Ego ipse d. alleg. 62. num. 17. Conformia beneficia censentur non illa, que vno, eodemque nomine nuncupantur, sed que ad vnum, eundemque finem sunt instituta, & que idem officium, idemque onus habent; vnde ex aduerso satis intelligitur, quæ censenda sint difformia, seu difformitas nimirum, quæ dissimile habent officium, alio, seu diuerso, & non planè eodem tempore explendum item sub eodem recto dicuntur esse beneficia, que sunt intra eandem Ecclesiam, vel eius ambitum, seu circuitum, ita Steph. VVeyms d. constit. 12. num. 16.

14. Capelle plures in eodem Altari sub eadem inuocatione cum diuersis oneribus Missarum, quæ antiquitus conferebantur pluribus clericis, & ad presens reperiuntur possideri ab vno sub titulo vnus capellania, non possunt retineri hodie absque dispensatione Apostolica, ita Sel. d. cap. 21. num. 12. vbi refert sic fuisse decimum sub die 17. Augusti 1630.

15. Capellania tres sub eodem recto vniformes si quis per annum ex collatione Episcopi retinuerit, incidit in priuationem omnium ipso iure, non obstante Episcopi dispensatione, ita decimum fuisse in vna Caucien. refert Sel. citato loco.

16. Sufficiens. Quod dicatur beneficium ecclesiasticum sufficiens ad congruam sustentationem arbitrio iudicis relinqui patto plus, vel minus aestimandum consideratis considerandis, qualitate scilicet personarum, locorum, & temporum, resoluunt Nauarr. de orat. miscel. 62. Flamin. d. lib. 5. q. 6. num. 131. & seq. Zerol. in praxi Episcop. part. 1. verb. beneficium §. 7. concl. 8. princip. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 15. num. 39. Valer. Reginald. in praxi fore paritont. lib. 30. tract. 3. num. 285. Prosp. de August. in addit. ad Quarant. in sum. Bullary, verb. beneficiorum resignationes causa 8. Menoch. de arbit. casu 216. Garc. d. part. 11. cap. 5. num. 320. Masfobr. in praxi habendi concursus requis. 7. dub. 14. cum seqq. Ego ipse d. alleg. 62. num. 11.

17. Dummodo vtrumque personalem residentiam non requirat, &c. Vide Corraf. de benefic. p. 1. cap. 5. num. 2. Hoied. de incompat. benef. p. 1. cap. 17. num. 30. Zerol. d. p. 1. verb. beneficium. §. 7. Azor. d. p. 2. lib. 3. c. 8. q. 6. Valer. Reginald. d. tract. 3. num. 279. Garc. d. e. 5. num. 260. Sanch. d. lib. 2. cap. 2. dub. 6. num. 6. vbi ait quod simplex exigens seruitium, id est, et simple seruidero, non dicitur requirere residentiam, quia iam ex legitima consuetudine congrue seruitur per Vicarium.

18. Non modo ad Cathedralis Ecclesie, &c. Canonizatus duos in vim decretorum Concilij Trident. esse incompatibiles, Cc les.

- les, referunt decifum Garc. d. p. 11. cap. 5. num. 381. in 1. declar. Armendar. d. tit. 7. de benef. incompatib. num. 41.
10. Itaut post adeptam pacificam possessionem secundi, Canonicatum primum ipso iure vacare, asserunt resolutum Garc. d. cap. 5. num. 84. in 6. declar. & nu. 381. in 2. declar. Armendar. d. tit. 7. de benef. incompat. num. 17. & 42. Aloys. Ricc. in praxi rerum fore eccles. decif. 383. in 1. edit. alijs resol. 332. num. 12. in 2. edit. Ego ipse d. alleg. 62. num. 28.
21. Et si duos huiusmodi Canonicatus simul retinere perrexit, utroque esse ipso iure priuatum, referunt decifum Garc. d. cap. 5. num. 381. in 3. declar. Armendar. d. loco nu. 43. Ego ipse d. alleg. 62. num. 29. Nec praesumpta dispensatione, in qua fundatur regula de trienniali, se tueri, & defendere posse, tenent Garc. d. cap. 5. num. 381. in 4. declar. Armendar. d. loco num. 44.
22. Consuetudini permittenti quod in eadem Ecclesia dignitates cum praebendis canonicalibus teneantur, non esse derogatum a Conc. in praesenti referunt decifum Garc. d. cap. 5. num. 246. & seq. Armendar. d. tit. 7. de benef. incompat. num. 26. Ego ipse d. alleg. 62. num. 18. prope fin.
23. Canonicatum obtinens, cui post Conc. munus sit iniunctum Penitentiarii, non potest in eadem Ecclesia, vna cum dicto Canonicatu obtinere dignitatem in vim consuetudinis Ecclesiae permittentis Canonicum posse retinere Canonicatum cum dignitate, referunt decifum Garc. in addit. ad tract. de benef. p. 11. cap. 5. num. 249. Armendar. d. tit. 7. de benef. incompat. num. 9. & 27.
24. Consuetudinem tenendi beneficium Curatum, vel simplex simul cum Capellania in eadem Ecclesia sublatam esse per hoc decretum, referunt decifum Nicol. Garc. de benef. p. 5. cap. 8. num. 87. in resp. ad 6. dub. Armendar. d. tit. 7. de benef. incompat. num. 28.
25. Capellaniam, & Mansionariam, quorum fructus sunt tenues, esse incompatibilia beneficia, nec posse retineri sub eodem tecto sine dispensatione Apost. refert decifum Garc. d. p. 11. cap. 5. num. 243.
26. Capellaniam, cui adiunctum est onus deferuendi in choro, obtineri non posse cum Canonicatu per hoc decretum, non autem si habet onus simpliciter celebrandi Missam, nisi essent sub eodem tecto, & tunc posse cum dispensatione Apostolic. refert decifum Garc. d. num. 243.
27. Statutum Ecclesiae Casalen. disponens quod Capellani teneantur, & debeant continuo interesse officio diuino cum Canonicis, alioquin puniantur secundum Capituli discretionem, inducere residentiam praesentem, & incompatibilitatem ex praescripto huius decreti, refert decifum Sel. d. cap. 21. num. 15.
28. Dignitates cum Canonicatu, quae nullos, vel tenues habent fructus, licet haberent sedem in choro, quae ex consuetudine per Canonicos obtineri solent, iuxta, cap. 1. de consuet. lib. 6. non comprehendi sub hoc decreto, refert decifum Armendar. d. tit. 7. de benef. incompat. num. 56.
29. Promissus de Canonicatu in vna Ecclesia, & de Decanatu in alia eiusdem diocesis, cum dispensatione quod dictum Canonicatum vna cum Decanatu simul retinere possit cum derogatione constitutionum Apostol. ac statutorum etiam iuramento roboratorum, addita tamen clausula, quod debitis non fraudentur obsequijs, sufficit vt resideat in digniori, & per alium adimplere debet onera in alia Ecclesia, ita Sel. d. cap. 21. num. 16. attestans decifum in Colonien. 13. Aprilis 1630.
30. Dispensatus ad beneficia, dummodo plura simul non sint, non potest obtinere plura quam vnum, quamuis illud ad vitam obtinentis honeste sustentandum minime sufficeret, refert decifum Garc. in addit. ad suum tract. de benef. p. 11. cap. 5. num. 235. Sel. d. cap. 21. nu. 18. attestans ita fuisse resolutum in Neocastren. 3. Februarij 1629. & in Alexandrina 11. Maij 1630.
31. Ille vero, qui in praesenti plures Parochiales, & Parochialem Ecclesiam habent posse Ordinarium alteram Parochialem conferre, sed post adeptam possessionem pacificam secunda vacare primam, refert decifum Armendar. d. tit. 7. de benef. incompat. num. 71. & 85. Quod autem dicitur in princip. text. ibi, vnum tantum beneficium ecclesiasticum singulis conferatur, intelligendum esse cum effectu, vt vnum possit retineri, quia Ordinarius potest instituire praesentatum, vel conferre aliud beneficium incompatibile, vel ratione residentiae, vel ratione sufficientiae, dummodo habita possessione pacifica secundi beneficij dimittatur primum, refert decifum Garc. d. par. 11. cap. 5. num. 283.
32. Parochiales duas habens, quarum altera est beneficium simplici, vel dignitati in perpetuum vnita, alteram dimittere non tenetur, vt refert decifum Garc. p. 12. cap. 2. num. 24. Armendar. d. loco num. 69. & 79.
33. Parochiales duae, vel plures si sunt inuicem vnitae, non sunt comprehensae sub hoc decreto, sed possunt legitime retineri tanquam non incompatibiles, refert decifum Garc. d. p. 12. cap. 2. num. 42. & Armendar. d. tit. 7. de benef. incompat. num. 92.
34. Parochialem vniam habens cum fructibus, & alteram cum nudo titulo, vniam ex ijs, quam velit, teneri resignare, refert decifum Armendar. d. tit. 7. de benef. incompat. num. 68.
35. Non comprehenduntur in hoc decreto cum Parochiali obunentes monasterium commendatum cum cura, cum illud non veniat appellatione Parochialis Ecclesiae, de qua agitur in praesenti. Ita referunt decifum Gonzal. ad reg. 8. Cancel. gloss. 5. §. 8. num. 65. Armendar. d. tit. 7. de benef. incompatib. num. 72.
36. Habentem Parochialem & monasterium in commendam ad vitam, cui cura imminet animarum, alteram dimittere non teneri referunt decifum Gonzal. d. gloss. 5. §. 8. nu. 65. Zerol. in praxi Episcop. p. 2. verb. Parochia 5. Garc. de benef. p. 4. cap. 4. num. 35. Armendar. d. tit. 7. de benef. incompat. num. 78.
37. Parochialem habentem, quam ex hoc decreto dimittere tenetur, si ea est obligata alteri ratione regressus, hunc qui habuerit regressum, conueniendum esse primo, an ipse cum aliqua pensione resignanti referuanda Parochialem velit, quod si eam recipere recuset, alteri resignare debere cum suspensione regressus, refert decifum Armendar. d. tit. 7. de benef. incompat. num. 74. & 90.
38. Non dimittentem curam ex duabus Ecclesijs Curatis intra tempus a S. Concil. assignatum, debere condignas poenas subire, & puniri, prout in eo statuitur, refert decifum Armendar. d. tit. 7. de benef. incompat. num. 91.
39. Ex dispensatione Episcopi causa saltem utilitatis, vel necessitatis Ecclesiae, posse simul plures Ecclesias Curatas retineri, si adeo tenues sint, vt singula proprium non possent Sacerdotem alere, tenent Sot. de iustit. lib. 3. g. 6. art. 3. ver. primus casus, Hoied. de incompat. benef. p. 2. cap. 5. a princip. Rot. decif. 484. p. 1. diuers. Verum ipsamet Rot. in vna Leodien. Canonicatus 5. Iulij 1610. coram Reuerendissimo D. meo Coccino Decano, inter recent. decif. quam refert Ioan. a Cochier in comment. ad reg. 52. Cancel. num. 4. pag. 477. cum seq. & Ego ipse in addit. ad collect. cap. de multa, de praeben. non obstante exiguitate distantiae, & tenuitate fructuum Parochialis cuiusdam, & Canonicatus, quos quidam ex dispensatione Episcopi possidebat, censuit eos cadere sub incompatibilitate, & si vtrumque retinere pergeret, esse utroque ipso iure absque alia admonitione priuatum.
40. Cogantur omnino.] Prohibere retentionem censuit Rot. decif. 624. num. 2. p. 4. diuers.] Vel sola Cathedrali retenta, &c.] Praebendam & Parochialem ante Concil. legitime obtinentem posse post Concil. vtrumque beneficium obtinere, dummodo in Parochiali resideat, refert decifum Armendar. d. tit. 7. de benef. incompat. num. 9.
41. Papam attempta personarum, & locorum qualitate dispensare vt vni Parochialis & Canonicatus conferatur, si vtrique inferuire potest, refert decifum Armendar. d. tit. 7. de benef. incompat. num. 82.
42. Parochialem in ciuitate, & Canonicatum in Cathedrali habenti, si possit vtrique inferuire, non esse molestiam inferendam, decifum refert Armendar. d. tit. 7. de benef. incompat. num. 49.
43. Parochialem vacantem non debet Episcopus Canonicatum habenti conferre, etiam si tenues admodum praeben-

præbendæ essent, vt refert decifum Armendar. *diç. loco num. 48.*

44. Parochiales Ecclesias esse incompatibiles cum beneficijs, in quibus assignatæ sunt distributiones quotidiane, quas à diuinis abfentes amittunt, refert decifum Armendar. *d. tit. de benef. incompat. num. 47.*

Dignitatem Ecclesiæ Collegiatæ, cui à principio cura animarum iniuncta est, aut illi principaliter imminet, non accessoriè, comprehendit in hoc decreto, refert decifum Armendar. *d. tit. de benef. incompat. num. 67.*

45. Capellaniam, quæ habet onus celebrandi certas Missas, & coadiuandæ in cura animarum Ecclesiæ Plebanatus esse beneficium incompatibile cum alio beneficio Curato, vel aliâ personalem residentiam requirente, & licet eius Rector non subiciatur *cap. licet. de elect. lib. 6. tamen* comprehendit sub decretis Concil. Trid. loquentibus de beneficiariorum, non tamen Curatorum residentia, refert decifum Armendar. *d. tit. de benef. incompat. num. 50.*

46. Parochialem obtinens vnâ cum Canonicatu ex dispensatione Apostolica ante Conc. Trid. obtenta, potuit post Conc. absque alia dispensatione optare præbendam pinguiorem, vt refert decifum Garc. *p. 5. c. 1. n. 343.*

Terrulas beneficiales, seu pia loca cum onere Missas,

47. aliæ diuina Officia celebrandi, quæ neque Ecclesiæ habent aliquam denominationem, non comprehendit sub hoc decreto, immo ex tylo Cancellariæ vnica collatione plures vniri conferri posse in titulum simplicis beneficii, referunt decifum Garc. *d. part. 11. cap. 5. num. 318.* Armendar. *diç. tit. de benef. incompat. num. 78.* Massobr. *in praxi habendi concursus requis. 7. dub. 19.*

48. Beneficia duo incompatibilia à Summo Pont. impetrantem, illaque in litris exprimentem, cum quo tamen non fuit dispensatum, obtineri posse nisi essent duæ Parochiales, ante Concil. referunt decifum Garc. *diç. cap. 5. num. 327.* & Armendar. *diç. tit. de benef. incompat. num. 39.*

49. Beneficia, seu legata pia, quæ non habent Altare, seu capellam, non inducere incompatibilitatem, refert decifum Garc. *in addit. ad d. part. 11. cap. 5. num. 318.*

50. Ecclesiam Baptismalè, licet non sit in reliquis Curata, esse incompatibilem, & hoc decreto comprehendit refert decifum Massobr. *in praxi habendi concursus requis. 1. dub. 14. num. 9.*

51. Præsumptam dispensationem, in qua fundatur regu-

la de trienniali, non habere locum contra decreta Concilij in hoc cap. & in cap. 4. sess. 7. & in cap. 15. sess. 25. de reform. referunt decifum Garc. *d. p. 11. cap. 5. num. 379.* Armendar. *d. tit. de benef. incompat. num. 40.* Campan. *in diuersis Canon. rub. 11. cap. 13. num. 111.* & 112. nouissime Stephan. VVeyms *d. confit. 12. num. 17. pag. 115.* Ego ipse *d. alleg. 62. num. 29. vbi num. 30. resoluo* ex cursu decem, vel viginti annorum in dubio præsumi posse dispensationem ad plura beneficia.

n. Infra spatium sex mensum.] Vide Garc. *d. p. 11. cap. 5. num. 77.* optimè aduertentem huic decreto non aduersari aliud supra sess. 7. de reform. cap. 4. quia hoc de quo in præfenti, agit de obtinentibus tunc plures Parochiales, aut vnâ Cathedralem, & aliam Parochialem ex dispensatione, seu vnione ad vitam, quibus iniunxit Concilium quòd vna retenta, alias infra sex menses demitterent, non tamen loquitur de pluribus parochialibus beneficijs post Concil. obtentis, de quibus agit *d. cap. 4.*

n. Ipso iure vacare consentur.] Habentem beneficium Curatum, Personatum, vel Dignitatem, iuxta cap. de multa, de præbend. vel quodcumque aliud quomodolibet incompatible iuxta hoc decretum, & recipientem secundum simile, ipso iure vacare primum, & si illud retinere contenderit, etiam secundo spoliari tradunt Bernard. *in praxi. cap. 49. in nouiss. edit. Spin. in speculo testament. gloss. 3. à numer. 74. Viui. tom. 1. commun. opin. lib. 1. tit. 9. num. 6. pag. 182.* Gutierrez *consil. 10. Flamin. Paris. de resignat. benef. libro 3. questione 1. num. 51.* Azor. *instit. moral. parte 2. libro 7. cap. 16. questione 9. latè Flores de Mena var. libro 2. quest. 13. per tot. Valer. Reginald. d. lib. 38. tract. 3. num. 309.* Monet. *de opt. canon. c. 6. q. 6. num. 69.* Garc. *d. p. 11. c. 5. nu. 7.*

n. Nec ipsi antea illa obtinentes tuta conscientia fructus, &c.] Vide Henriquez *in sum. lib. 14. cap. 56. §. 2. in fine, iuncto commento lit. O.*

An obtinens plura beneficia ex dispensatione Papæ, sine causa tamen rationabili, sit tutus in foro conscientie? Vide Ludou. Lop. *in instruit. conscientia tom. 1. c. 252. §. seq. Cordub. in q. lib. 1. q. 20. Conrad. in resp. casuum consent. q. 35. in addition. Hoied. de incompat. benef. p. 2. c. 5. n. 38. Vega in sum. p. 1. c. 36. casu 30. Fr. Emman. in sum. tom. 1. c. 31. n. 7. & 8. Cardin. Tolet. in instruit. Sacerdot. lib. 5. c. 81. Petr. de Ledesma in sum. p. 2. tract. 7. c. 1. circa 9. & 11. conclus. Valer. Reginald. d. lib. 30. tract. 3. n. 289. versic. sextum dubium. Lessi. de instit. li. 2. c. 34. n. 151. cum seq. Valq. in opusc. de benef. c. 4. §. 2. dub. 9. n. 170. Moltes. in sum. Theolog. mor. tract. 6. c. 9. n. 53.*

Parochialis Ecclesiæ vacatio quando contingit, fiat examen per concursum, præmissis edictis, describuntur qualitates eorum, qui debent examinare. Si Ecclesia fuerit iurispatronatus ecclesiastici, & institutio pertineat ad Episcopum, quædam strictius erunt obseruanda, quam casu quo Ecclesia fuerit iurispatronatus laicorum, &c. Attentè hoc cap. legendum, & seruandum ad amussim.

C A P V T XVIII.

- | | |
|--|---|
| 1 Doctores de materia cap. agentes. | 10 Ecclesia parochialis quæ est actû Regularis, non confertur per concursum. |
| 2 Examen per concursum est faciendum in vacatione Parochialis Ecclesiæ. | 11 Parochiales, quæ de mensa nuncupantur, non subiacent concursui. |
| 3 Parochiales litigiosa concursu non conferuntur. | 12 Abbatia, cui vnita est perpetuò, & accessoriè parochialis Ecclesia, concursu non confertur. |
| 4 Parochialis, quam quis acquirit per regressum, & prius possedit, non confertur per concursum. | 13 Cura animarum, quæ in Ecclesia collegiata exercetur per Canonicos, vel hebdomadarios concursu non confertur. |
| 5 Parochialis vnita Dignitati, vel Canonicatui, non est conferenda per concursum. | 14 Beneficia curam animarum habentia, quæ verè sunt dignitates, non subiacent concursui. |
| 6 Parochialis vacans in Curia, seu apud Sedem, prouideri solet in Dataria sine concursu. | 15 Dignitas habens curam animarum in Ecclesijs collegiatis concursu non confertur. |
| 7 Parochialis subiecta, vel annexa monasterio, seu de eius mensa, non confertur per concursum. | 16 Vicaria perpetua parochiæ vnita concursu non confertur. |
| 8 Parochialis, seu beneficium Regulare, quod Regularibus cõferri consuevit, sine cõkursu prouidetur. | |
| 9 Prioratus Regulares concursu non conferuntur. | |

Barbos. Collect. in Concil. Trid.

Cc 2 17 Vicaria